Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

et iniustos pluit. ita etiam iustos pascit et iniustos. Hodie inesse uirtute
cum iam deficerent inuia sese helyas quadraginta ambulauit diebus. Et illi
escam angelus dedit. si autem te pauerit ibi et accepta esca seruauerit ambu
labis in quadraginta diebus et quadraginta noctibus. si audeo dicere scrip
turę fretus exemplis. quadraginta annis egredienis ab egipti finibus
donec pueniat ad terram multam. in terram fluentem lac et mel. quam iuraui
dis dare uobis patribus nostris. Huius tibi terrę uirtus requirenda est quam
possidet mentis. non ista terram dico quę arida est. sed illam quę xpi confirmat
alimentis. quę subimperio constituta regis eterni. sedem incolentibus fre
quentatur. Diuidit ergo escas dis ihesu et illo qui de uult dare omnibus
negat nemini. Dispensator est enim omnium. Sed cum illum panem frangat et
dat discipulis. si tu manus non extendas tuas ut accipias tibi escas deficies in
uia. Hec poterit in eam culpam tuam referre. qui miseretur et diuidit. Sed his diui
dit qui eum eo etiam indeserto permanent. qui et primo et secundo die et tertio
non recedunt. Sic enim habes alibi. Misereor huius turbę. quia triduum est
quod perseuerant mecum. Quanta dignatio. quanta in eo hominibus speratur
humanitas. Non uult iaunos dimittere. non uult nedeficiant inuia.
Holi ergo deficere adisciplina dei. neque fatigeris cum abeo increparis. Non
fatigeris nunc ne postea fatigeris. Quid enim respondebis ei. aut quomodo
te excusabis. si escę uirtutem quam ministrat amiseris. Non potes dice
re quia esca non dedit qui dat omnibus. Non potes dicere quia noluit
te bonum facere. ante quem posuit bonum et malum. ut non ex necessitate bo
num tuum esse et sed uoluntarium. Multum enim refert inter eum qui ex necessita
te inuitus aliquid agit. et inter eum qui ex uoluntate quod bonum est agit
Si enim inuitus hoc ago. dispensatio michi credita est. Si uolens. merce
dem habeo. Consideremus ergo. quia stabimus ante tribunal xpi. et sicut
nrm arserit. non habebimus quod excusemus. Dicet enim quod iam pyppham locutus
est. plus meus quod feci tibi. aut in quo molestus fui tibi respondem.
Dicet ei qui inuia deferent. Quam ratione in uia deferisti. nonne pa